



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

An Christus secundum quod homo sit adoptiuus filius. A. B. C. D. E

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

In tom. 2.
adversum
hunc s. psal.
98. Adora-
re August.

tempserit æternaliter morietur. Idē super Psal. 98. ubi dicitur. Adorate scabellū pedum eius, quoniā sanctū est. Sciēdum quia in Christo terra est i caro quę sine imp etate adoratur. Suscepit n. de terra terram, quia caro de terra est, & de carne Marię carnē accepit, hæc sine impietate à verbo Dei a sūpta adoratur à nobis: quia nemo carnē eius māducat nisi prius adoret: sed qui adorat non terrā in- tuetur, sed illum potius cuius scabellum est pro- pter quem adorat. His auctoritatibus præmissæ inuestigationis absolutio explicatur.

AN CHRISTVS SECVNDVM QVOD HOMO,
sit persona vel aliquid.

DISTINCT. X.

De commu-
nicatione
idiomatum
& proprie-
tatum re-
spicientium
personam
prout so-
nant inno-
bilisatem,
scilicet de
personali
conditione
& finali ad-
optione.

S Olet etiam à quibusdam inquiri, Vtrum Christ⁹ secundum quod homo, sit persona vel etiam sit aliquid. Ex vtraque parte huius quęstionis argu- menta concurrunt. Quod enim persona sit, his e- didderunt rationibus. Si secundum quod homo ali- quid est, vel psona, vel substātia, vel aliud est. Sed aliud nō, ergo persona vel substātia: si substātia est, vel rationalis, vel irrationalis: sed nō est irrationa- lis substātia, ergo rationalis. Si vero secundum quod homo est rationalis substātia, ergo persona, quia hæc est definitio personę, substātia rationalis in- diuiduę naturę. Si ergo secundum quod homo est a- liquid: & secundum quod homo persona est. Sed è conuerso, si secundū quod homo persona est, vel ter- tia in trinitate, vel alia: sed alia non, ergo tertia in trinitate persona. At si secundum quod homo psona est tertia in trinitate, ergo Deus. Propter hæc incō- ueniētia & alia, quidā dicunt Christum secundum hominē non esse personam, nec aliquid: nisi forte secundum sit expressiuum vnitatis personę, Secū- dū n. habet multiplicem rationem. Aliquando na- exprimit conditionē, vel proprietatem diuinę na- turę

ituræ vel humanæ: aliquando vnitatē personæ, aliquando notat habitum, aliquando causam. Cuius distinctionis rationē diligēter lector animaduertat, atque in finū memoriæ recondat, ne eius confundatur sensus cum de Christo sermo occurrerit. *Etsi Christus secundum quod homo, dicatur substantia rationalis, non inde tamen sequitur quod persona sit secundum quod homo.* B

Illud tamen non sequitur quod in argumentatione superiori inductum est, quod si Christus secundum quod homo, est substantia rationalis, ergo personā. Nam & modo anima Christi est substantia rationalis, non tamen persona: quia non est personā, imo alii rei coniuncta. Illa tamen personæ descriptio non est data pro illis tribus personis.

Alia probatio quod Christus sit personā secundum quod homo. C

Sed adhuc aliter nituntur probare Christū secundum hominem esse personā: quia Christus secundum quod homo prædestinatus est vt sit Dei filius: sed illud est, q̄ vt sit, prædestinatus est: ergo si prædestinatus est secundum quod homo vt sit filius Dei, & secundum q̄ homo est filius Dei. Ad q̄ dici potest Christum esse id, quod vt sit, prædestinatus est. Est n. prædestinatus vt sit filius Dei, & ipse verè est filius Dei: sed secundum hominē prædestinatus est vt sit filius Dei, q̄a per gratiā habet hoc secundum hominē: nec tamē secundum hominē est filius Dei, nisi forte secundum vnitatis personæ sit expressiuum: vt sit sensus. Ipse qui est homo, est Dei filius, vt autem ipse ens homo sit Dei filius, per gratiā habet: sed si causa notetur falsum est. Non enim quo homo est, eo Dei filius est.

An Christus sit adoptiuus filius secundum quod homo vel alio modo D

Si vero quæritur an Christus sit adoptiuus fili⁹ secundū quod homo siue alio modo? respondem⁹

N n Christum

*Quare non
sit adoptiuus
filius.*

Epho. 2. 6.

Christum non esse adoptiuum filium aliquo modo, sed tantum naturalē: quia natura filius Dei est, non adoptionis gratia. Nō autem sic dicitur filius natura, vt dicitur Deus natura. Non enim eo filius est, quo Deus, quia pprietate natiuitatis filius. natura diuinitatis Deus est: & tamen dicitur natura vel naturæ filius: quia naturaliter est filius, eandē, sc. habens naturam, quam ille qui genuit. Adoptiuus autē filius non est, quia prius non fuit, & postmodum adoptatus est in filium, sicut nos dicimur adoptiuū filii: quia cum nati fuerimus iræ filii, per gratiā facti sumus filii Dei. Christus vero nunquā fuit non filius Dei: & ideo non est adoptiuus filius.

Oppositio quod sit adoptiuus filius.

SED ad hoc opponitur sic. Christus filius hominis est, i. virginis: aut gratia aut natura vel utroq; modo. Si verò naturā: aut diuina aut humana: sed diuina, non ergo aut humana natura, aut non natura est filius hominis. Si non natura, ergo gratia tantum: & si etiam natura humana, non ideo minus per gratiam. Si ergo gratia filius hominis est, adoptiuus filius esse videtur: vt idē sit naturalis filius patris, & adoptiuus filius virginis. Ad quod dici potest, Christum filium virginis esse & natura vel naturaliter, & gratia, nec tamen adoptiuus filius virginis est: quia non per adoptionem, sed per vnionem filius virginis esse dicitur. Filius enim virginis dicitur, eo quod in virgine hominē accepit in vnitatem personæ: & hoc fuit gratiæ & nō naturæ. vnde Aug. super Ioan. ait. quod vnigenitus est æqualis patri, non est gratiæ, sed naturæ. Quod autē in vnitate personæ vnigeniti assumptus est homo, gratiæ est non naturæ, Christus ergo nec Dei nec hominis est adoptiuus filius: sed Dei naturaliter, & hominis naturaliter, & gratiā est filius. Quod verò naturaliter sit hominis fili⁹, Aug. ostēdit in li. de fide ad Petrum. Ille scilicet Deus factus est na-

Solutio.

Aug. tract.

74. ad illud

Ioan. 14.

Si diligereis

mo. 10. 9.

Aug. ca. 2.

antemed.

est naturaliter hominis filius, q̄ est naturaliter fili⁹
 vnigenitus Dei patris. Quod autē nō sit adoptiu⁹
 filius, & tamē gratia sit filius, ex subditis probatur
 testimoniis. Hier. super epist. ad Ephe. ait, De Chri-
 sto Iesu scriptū est, q̄a semper cū patre fuit, & nun-
 quam eum vt esset voluntas paterna præcessit: &
 ille quidē natura filius est, nos vero adoptione. Ille
 nunquā nō fuit filius: nos antequā essemus, præde-
 stinati sumus, & tunc spiritum adoptionis accepi-
 mus, quando credimus in filium Dei. Hilar. quoq̄
 in li. 3. de trin. ait, Dominus dicens, clarifica filium
 tuum: non solo nomine contestatus est se esse filiū
 Dei, sed etiam proprietate. Nos sumus filii Dei: sed
 non talis hic filius. Hic enim verus & proprius est
 fili⁹ origine, non adoptione: veritate, non nuncu-
 patione: natiuitate, non creatione Aug. etiam sup
 Ioan. ait, Nos sumus filij gratia, non natura: vnige-
 nit⁹ autē natura, nō gratia: an hoc etiam in ipso fi-
 lio ad hominē referēdum est. Ita sane Ambr. quoq̄
 in 1. lib. de fide ait, Christus filius est non per ado-
 ptionē, sed per naturam: per adoptionem nos filii
 dicimur, ille per veritatē naturæ est. Ex his euidē-
 ter ostenditur, quod Christus non sit filius gratia
 adoptionis. Illa enim gratia intelligitur, cum Aug.
 eum non esse gratia filium asserit: gratia enim sed
 non adoptionis, imo vnionis filius Dei est filius
 hominis, & è conuerso.

*Hiero. ad illud c. 1. ad**Ephef. In charitate prædestinās.**In Tom. 9.**Non longè à principio 3. lib.**Tractatus 2. in fine ad illud Ioā. 15. Sicut & ego patris mei.**Amb. ca. 9. ante med. Tom. 1.*

Vtrum persona vel natura prædestinata sit. F

Deinde si quæritur, vtrum prædestinatio illa q̄
 commemorat Apostolus, sit de persona an de natu-
 ra. Sane dici potest & personam filii, quæ semper
 fuit esse prædestinatam secundum hominē assum-
 ptum. vt ipsa scil. ens homo esset Dei filius:
 & humanam naturam esse prædesti-
 natam vt verbo patris persona-
 liter vniretur.

Ad Rom. 1. a. Rom. 1. a.

N n a VTRVM